

Ad Musicum nostri seculi præ  
stantem & celebrem,

Dn. Barthol. Gesium,

**E**si, Iesiada mirator vatis, amator  
Harmonie, melici rector apexq; chori;  
Quod Phæbus quondam, quod Iopas, & quod  
Arion,

In superos, homines, monstraq; præstiterant;  
Omnibus ex unus polles, idq; unus in omnes  
Quos oculis, animis, auribus, ore, trahis.  
Namq; melos cantas Iovæ laudemq; Sonoram,  
Et Lethen hominum, quam fugis ipse, fugas.  
Quin etiam Cantu vel monstra silentia terres,  
Certa quibus mors est Musica, vita hominum;  
Musica amoris Satana, velut altera vita piorum,  
Nata polo, atq; solo grata, parata Deo.  
Illa tuos GESI resonabit in orbe labores:  
Tu decus illius, sed decus illa tuum.

Christophorus Pelargus D.